manſit:ita vt nullus dolor dolori tuo ſimilis inue
niretur:quia a plāta pedis vſq; ad verticem capi-
tis non fuit in te ſanitas. Et tunc dolorum omniū
immemor patrem pro inimicis pie exoraſti dicens
Pater ignoſce illis/ quia neſciūt qd faciūt. Per
hanc charitatem ⁊ miſericordiam:⁊ ob memoriam
doloris concede vt hec memoria amariſſime paſ-
ſionis tue ſit omniū peccatorum meorum plena-
ria remiſſio Amen. Aue dulciſſime Jeſu Chriſte.
Pater noſter. Aue maria.

¶ Quinta oratio.

O Jeſu ſpeculum claritatis eterne. Memento
illius meroris:quē habuiſti q̃ndo in ſpeculo
ſereniſſime maieſtatis tue cōſpexiſti predeſtinatio
nem tuam electoꝝ tuoꝝ per merita paſſionis tue
ſaluatoꝝ ⁊ reprobationem maloꝝ in multitudine
dānatoꝝ:⁊ per abyſſum miſerationis tue:qua per
ditis ⁊ deſperatis peccatoribus tūc cōdoluiſti: ⁊
precipue quā latroni in cruce exhibuiſti dicēs. Ho
die mecum eris in paradiſo:rogo te pie Jeſu vt fa
cias mecū miſericordiā tuam in hora mortis mee
Amen. Aue dulciſſime. Pr̄ nr̄. Aue maria.

¶ Sexta oratio.

O Jeſu rex amabilis totuſq; d̄ſiderabilis. Me
mento meroris:quē habuiſti quādo nudus

ꝛ miſerabilis in cruce pendiſti: ꝛ amici ac noti tui aduerſus te ſteterunt: ꝛ nullum conſolamen inueniebas: niſi ſolam dilectam genitricem in agone tibi fideliſſime aſſiſtentem: quam diſcipulo tuo commendaſti dicens. Mulier ecce filius tuus. Et ad diſcipulū tuū: Ecce mater tua. Rogo te pie Jeſu per gladiū doloris: qui tunc eius animā pertranſiuit: vt cōpatiaris mihi in omnibus tribulatiōibus ꝛ afflictionibus meis corporalibus ꝛ ſpiritualibuſ da mihi cōſolationem in omni tempore tribulationis mee Amen. Aue dulciſſime Jeſu. Pater noſter. Aue maria.

¶ Septima oratio.

O Jeſu fons inexhauſte pietatis: qui ex intimo dilectiōis affectu in cruce dixiſti. Sitio: ſcilicet ſalutem humani generis. Accende queſumus noſtrum deſiderium ad omne opus perfectū: ꝛ ſitim carnalis concupiſcentie: ꝛ eſtum mundanarū dilectionuꝫ in nobis penitus refrigera ꝛ extingue Amen. Aue dulciſſime. Pr̄ noſter. Aue maria.

¶ Octaua oratio.

O Jeſu dulcedo cordiū: ingenſqꝫ ſuauitas mentium: per amaritudinem aceti ꝛ fellis: quam pro nobis ſuſtinuiſti in Cruce ꝛ deguſtaſti: concede nobis miſeris peccatoribus corpus ꝛ ſangui-

mē tuū omni tempoꝛe: ⁊ pꝛecipue in hoꝛa moꝛtis noſtre digne percipere ad remediū ⁊ cōſolationez animarum noſtrarum Amē. Aue dulciſſime Jeſu Chꝛiſte. Pater noſter. Aue maria.

¶ Nona oꝛatio.

O Jeſu regalis virtus: iubiluſqꝫ mentalis: memento anguſtie: quam paſſus es quādo per moꝛtis amaritudinē: ⁊ Judeoꝝ inſultationē cum magna voce tu a deo patre derelictus clamaſti dicens. Hely hely lamazabathani: quod eſt: Deus meus deus meus: vt quid me dereliquiſti? Per hanc anguſtiā peto te: vt in anguſtijs moꝛtis mee non derelinquas me dn̄e deus meus Amē. Aue dulciſſime. Pater noſter. Aue maria.

¶ Decima oꝛatio.

O Jeſu alpha ⁊ o: vnio ⁊ virtus in omni medio. Recoꝛdare ꝙ a ſummo capitis vſqꝫ ad plantam pedis pꝛo nobis in aquaz paſſionis te dimerſiſti: ꝓpter latitudinem ⁊ magnitudinē vulnerum tuoꝝ doce me veram caritatem cuſtodire latum mandatum tuū nimis Amen. Aue dulciſſime Pater noſter. Aue maria.

¶ Undecima oꝛatio.

O Jeſu abyſſus pꝛofundiſſime miſericoꝛdie: rogo te pꝛopter pꝛofunditatē ſacroꝝ vulnerū

tuorū: que tranſierunt carnem tuam ⁊ medullam oſſium ⁊ intima viſcerum tuorum: vt me ſubmerſum in peccatis emergas: abſcondas in foraminibus vulnerū tuorū a facie ire tue: donec pertrāſeat furor tuus Amen. Aue dulciſſime Jeſu Chriſte. Pater noſter. Aue maria.

¶ Duodecima oratio.

O Jeſu veritatis ſpeculum: vnitatis ſignum: ⁊ charitatis vinculū. Memēto innumerabilium vulnerum tuorum: quibus a ſummo capitis vſq; ad ima pedum vulneratus fuiſti: ⁊ ab impijs Judeis laceratus: ⁊ ſanctiſſimo ſanguine rubicatus: quam magnitudinem dolorū in virginea carne tua ꝑtuliſti pie Jeſu. Quid vltra facere debuiſti/quod non feciſti? Scribe queſo omnia vulnera tua in corde meo precioſiſſimo ſanguine tuo: vt in illis legam dolorem ⁊ amorem tuū: vt eorū memoria ſemper apud ſecretū cordis mei remaneat: vt dolor paſſionis tue in me quotidie renouetur: ⁊ amor augeatur vſq; dum perueniam ad te deſideratum theſaurum/omnibus bonis ⁊ gaudijs repletum: quod mihi donare digneris Chriſte dulciſſime in vita Amen. Aue dulciſſime Jeſu chriſte Pater noſter. Aue maria.

¶ Tredecima oratio.

O Jeſu leo fortiſſime/Rex imortalis ⁊ inuictiſſime. Memento doloris:quē paſſus es cuꝫ omnes vires corporis ⁊ cordis tui penitus d̄fecerūt:⁊ inclinato capite dixiſti:Cōſumatū eſt. Per hanc anguſtiam ⁊ dolorem tuū miſerere mei in vltima conſumatione vite exitus mei cū anima mea anxiata fuerit:⁊ ſpiritus meus conturbabit' Amē. Aue dulciſſime Jeſu. Pater noſter. Aue maria.

¶Quartadecima oratio.

O Jeſu vnigenite altiſſimi patris/ſplendor ⁊ figura ſubſtantie eius. Memento obnoxie cōmendationis:qua patri ſpiritum tuū cōmēdaſti dicens: Pater in manus tuas cōmēdo ſpiritū meū ⁊ lacerato corpore/ruptoqꝫ corde cuꝫ valido clamore patefactis viſceribus miſericordie tue ꝓ nobis redimendis expiraſti. Per hanc precioſiſſimā mortem tuā deprecor te Rex ſanctoꝝ/cōforta me ad reſiſtendum diabolo/⁊ ſanguini ⁊ mundo mortuus tibi ſoli viuā:⁊ in nouiſſima hora exitus mei ſuſcipe reuertentem ad te ſpiritū meū exulem ⁊ peregrinum Amē. Aue dulciſſime Jeſu chriſte Pater noſter. Aue maria.

¶Quintadecima oratio.

O Jeſu Vitis vera ⁊ fecunda. Memento ſuperfluentis ⁊ abundantis effuſionis ſangui-

nis tui:quem tu de coꝛpoꝛe tuo ſicut de botro ex
preſſo copioſe effudiſti: quãdo in Cruce toꝛcular
ſolus calcaſti. Et per lanceam militarẽ perfoſſo la
tere nobis ſanguinem ⁊ aquã propinaſti:ita vt mi
nima gutta in te nõ remaneret. Tunc demũ quaſi
faſciculus myrre in altum ſuſpenſus fuiſti: ⁊ delica
ta caro tua euanuit:⁊ liquoꝛ viſcerũ tuoꝛũ exaruit
⁊ medulla oſſium tuoꝝ emarcuit. Per hanc ama
riſſimã paſſionem tuam: ⁊ precioſiſſimi ſanguinis
tui effuſionem precoꝛ te dulciſſime Jeſu vulnera
coꝛ meũ:vt penitentie ⁊ amoꝛis lachꝛyme ſint mi
hi panes die ac nocte. Et cõuerte me totaliter ad
te:vt coꝛ meum fiat tibi perpetuo habitabile: ⁊ cõ
uerſatio mea tibi placita ⁊ accepta ſit:ac finis vite
mee tibi acceptabilis: vt poſt terminuꝫ vite mee te
laudare merear cũ omnibus ſanctis tuis ineternũ
Amen. Aue dulciſſime Jeſu xp̄e. Pater noſter.
Aue maria.

¶ Finis.



¶ Oratio eximij doctoris ſancti Auguſtini.

D Ulciſſime dñe Jeſu xp̄e verus deus: qui de ſinu p̄ris oīpotentis miſſus es in mundū pctā relaxare: peccatores ſaluare: afflictos redimere: incarceratos viſ

ſoluere:diſperſos congregare:peregrinos in ſuaȝ
patriã reducere:contritos corde mederi: dolen-
tes lugenteſq̧ cõſolari. Dignare dñe Jeſu chriſte
abſoluere ⁊ liberare me famulum tuum. N.;de af-
flictione ⁊ tribulatione in qua poſitus ſum. Et tu
dñe Jeſu xp̃e:qui genus humanũ inq̄tum homo
a deo patre omnipotente in cuſtodiam recepiſti:⁊
ex pietate tua crudeli paſſione nobis paradiſuȝ cũ
p̃cioſiſſimo ſanguine tuo mirabiliter mercatus es
⁊ inter angelos ⁊ homines pacem feciſti ⁊ cõcor-
diam. Ita domine Jeſu chriſte digneris inter me
⁊ inimicos meos ſtabilire ⁊ confirmare cõcordiã
⁊ pacem;⁊ gratiam tuam ſuper me oſtẽdere;⁊ in-
fundere miſericordiam tuam:⁊ omne odiuȝ:⁊ ira-
cundiam inimicorũ meorum/quod contra me ha-
bẽt digneris extinguere ⁊ mitigare ſicut mitigaſti
⁊ abſtuliſti iracundiã ⁊ odium/quod habuit Eſau
aduerſus Jacob fratrem ſuum. Ita domine Jeſu
Chriſte ſuper me famulum tuum. N. brachium
tuum ⁊ gratiam tuam oſtendere: ⁊ me liberare di
gneris ab omnibus me odientibus. Et tu domine
Jeſu chriſte ſicut liberaſti Abraham de manibus
Caldeorum:⁊ filium eius Yſaac de immolatione
ſacrificij. ⁊ Jacob de manu Eſau fratris ſui: ⁊ Jo
ſeph de manibus fratrum ſuorũ; ⁊ Noe ab aqua

diluuij per archam: ⁊ Loth de ciuitate Sodomo
rum: ⁊ famulos tuos Moysen ⁊ Aaron ⁊ popu⸗
lum Israeliticum de manu Pharaonis/⁊ de ser
uitute Egypti ⁊ Dauid Regē in monte Gelboe
de manu Saulis/⁊ de manu Golie gigantis: Su
ſannam de falſo crimine: ⁊ Judith de manu Holo
fernis: ⁊ Danielem de lacu leonum: ⁊ tres pue⸗
ros Sidrach Miſach ⁊ Abdenago ḋ camino ig
nis ardentis: ⁊ Jonam de ventre ceti: Adam de
profundo inferni: p̄cioſo ſanguine tuo redemiſti.
Petrum ⁊ Paulum de vinculis: ⁊ Joannem
euangeliſtam de dolio feruentis olei ⁊ de potatio
ne veneni: Ita me dn̄e liberare digneris ab omni
tribulatione ⁊ anguſtia: in quibus poſitus ſum:
ſeu mihi poſſunt euenire. Et tu dn̄e ſuccurre in ad
iutoriū meū: quia inimici mei aduerſum me faciūt
ſeu facere intendunt iniquū conſiliū. Ideo depre⸗
cor te mitiſſime domine quatenus omnia conſilia
que aduerſum me faciunt ſeu facere! intendunt ini
mici mei annihilare. ⁊ deſtruere digneris: ſicut de
ſtruxiſti conſilium Architofelis quem conſiliatus
eſt Abſalon contra Dauid Regem patrem ſuum.
Ita me domine defendere digneris ab omnibus
malis ⁊ anguſtijs meis: que inimici mei cōtra me
faciunt ſeu facere intendunt. Defende me domīe

per omnia beneficia tua ſcʒ:per tuā ſanctam incar⸗
nationem/quaʒ de virgine glorioſa recepiſti ſicut
homo verus ; per tuā ſanctā circunciſionē ; ⁊ per
tuū ſanctū baptiſmū ⁊ ſanctum ieiuniū/quod in de
ſerto quadraginta diebus ⁊ q̄draginta noctibus
feciſti.per famem ⁊ ſitim:per frigus ⁊ calores:per
labores ⁊ afflictiones:per ſputa:per alapas: ꝑ fla
gella:per clauos:per lāceam; per ſpineā coronaʒ;
per potationē fellis ⁊ aceti ; per ſeuiſſimā mortem
crucis;per ſeptē verba/que pendens in cruce dixi
ſti deo patri omnipotēti. Pater ignoſce illis/quia
neſciunt quid faciunt. Dixiſti dn̄e latroni in cruce
pendenti. Amen dico tibi hodie mecum eris in pa
radiſo. Dixiſti dn̄e matri tue ; Mulier ecce filius
tuus. Deinde diſcipulo tuo: Ecce mater tua. Di⸗
xiſti dn̄e patri tuo ; Hely hely lamaʒabathani/ qđ
eſt interpretatū; Deus deus deus meus vt quid
dereliquiſti me? Dixiſti dn̄e ; Sitio ; ideſt ſalutem
animarū cupiendo. Dixiſti dn̄e patri tuo: In ma⸗
nus tuas dn̄e cōmendo ſpiritū meum. Dixiſti do⸗
mine: Cōſumatum eſt/ſignificans labores ⁊ dolo
res/quos pro nobis miſeris ſuſcepiſti / iam finire.
Propter hec omnia rogo te Redemptorem meū
dn̄m nr̄m Jeſum xp̄m; vt me indignū famulū tuuʒ
N. ſemꝑ dirigas ⁊ cuſtodias ab hoſte maligno:⁊